bus qui in tenebris et in umbra mortis sede
nt ad dirigendos pedes nostros in
viam pacis. Requiem eter
nam. An. Ego sum resurrectio
et vita qui credit in me etiam si
mortuus fuerit vivet. et omnis q
ui credit in me non morietur in e
ternum. Kyriel. xpel. kyriel. Pr nr.
De profundis psalmus
clamavi ad te domine
domine exaudi vocem meam. Fi
ant aures tue intendentes in
vocem deprecationis mee. Si
iniquitates observaveris domine
domine quis sustinebit. Quia
apud te propitiatio est et propter
legem tuam sustinui te domine.